

Codice scheda: ASC A4560308 (Microscheda: 3964C2/4)
Luogo e data: TORINO - 22/11/1899
Autore: RUA MICHELE
Destinatario: PUZYNA GIOVANNI
Classificazione: Rua: Corrisp. con Nunzi-Vescovi-Autorità
Tipo documento e supporto: Lettera spedita - Copia fotostatica
Autenticità: Copia

Contenuto: Esprime dolore per gli errori di D. Trawinski F. in Oswiecim e compie riflessioni. Spera molto per la presenza sal. in Polonia, specialmente per restaurazione del Santuario e per Famiglia Sal. (testo latino)

Præstantissime Præsal,

Accipi gravas ac maxime plenas litteras, quas mihi
vobis Novembrij dediti. Haud est mihi dicendum
quanto jam dolore fuerim affectus ob errores Francisci
Trawinski; sed hic animi mei dolor usque ad summam
succrevit, quum mihi compertum fuit tibi quoque
huius filii mei insanam agendi rationem maxime
maximum attulisse. Nolo sane accusationes querere,
sed modo tibi ostendere cupio id ultra meam voluntatem
contigisse, et bonum fuisse coram Deo Desiderium meum,
quavis rerum effectus longe alius fuerit ab expectatione
mea.

Quum adhuc multos annos Poloni iuvenes, studiorum
causa, convenissent Augustam Taurinorum, cumque jam
completes Præ nostræ Societatis Cooperatores adnumeraren-
rentur in his regionibus, et Salesiani multas amoris
significationes a Polonis acciperent, nihil antiquius
habebam quam pro viribus ostendere, quo Desiderio
flagrans, domum aliquam tandem aperire in hac
gente nobilissima eademque infelici. Hoc meum Desi-
derium, haud dubito fateri, me impulit ad mittendum,
forsate intempestive, filios meos in adiutorium polonæ
juventutis. Ne enim vera cum in promptu non essent
mihi alii, rectum putavi si Desiderium Franciscum
Trawinski miserem, quamquam nunquam eum per-
tansivem eligendum Directorem. Illa enim erat

voluntas eum tantum mittendi ad parandam viam, nunquam vero
ad constituendam vere dictam salesianam familiam.

Postquam nos ipsi per aliquot annos eius vitae rationem
probe norimus, tum eum litteris latinis operam daret, tum eum
philosophiae ac theologiae studeret. Quamquam, iuventutis suae
tempore, aliqua fragilitate laboraret, tamen spem forebarium
fuit, ut aliquando evasurus esset non modo optimus religiosus,
sed potius, data opportunitate, animum suo in rebus incipiendis
humili societati vestrae operam praebere.

Ego vero cum illum Disquisitioni mibi, quoad eum, fieri potuit,
nunquam defui officio meo eum commendandi sive scriptis, sive
orbe, consiliis et admonitionibus; ei semper commendari, ut
semper ea more et consilio, optimi paroci Krugger saepe gereret,
et suae diocesis Episcopo admodum esset subiectus, et nihil ultra
eius voluntatem faceret. Ipsum mandata mea facturum sperabam,
ipse e contrario aufert est aliam illam immensam incipere,
quam tu, Sanctissimae Praesul, memoras, atque tuo consensu,
et quin de ea mihi verbum quidem unum faceret. De hac re
eum acriter obiurgavi. Ei quoque commendandi religiosam
perpetuam, et ut cautus esset in pecunia eroganda a fratribus
concedita ad sanctuarium restaurandum et conventum aedificandum
tibi promiserat maxime spe facturum meae monitionis et
commendationis; ipse vero omnino contra fuit. Tibi ipse
fatus est hominem quendam, qui illi in suis itineribus occurrit,
eum a recto tramite abducere.

Quae cum ita sint, optimum factu putarem mittere
Duvicium ex nostra Societate sacerdotem piuum, doctum et
undequaque in virtute stabilem, qui, in facie rerum,
perficiendas curet voluntates, eorum qui pecuniam pro
Sanctuario obtulerunt, et eodem tempore parvae Duvicensis
salesianae familiae praesit. Quamvis germanicam linguam
sciat, quamvis adhuc linguae polonae est ignarus. Forsitan
haud equidem faciet, quae eiusdem gentis sacerdos faceret
pro sanctuario restaurando; sed si ille lente procedat, et
melius rem perficiat. Nam consilium meum commendissimum
Kniez approbavit; illud Te quoque approbaturum spero.
Hoc enim modo nobis sternetur via ad instituendam Duvicium
vram et propriae diocesis salesianam familiam et ad adimplen-
dum bonum quod sibi expectat optimus parens ab
alumnis Joannis Popo.

Interca, Praestantissimi Praesul, me excusari velim atque
modestam meam Societatem, si praeter voluntatem tibi molestiam
ferimus. A Deo unice precabimur, ut operibus tuis apostolicis
benedicat, eaque fecundiora faciat in bonum omnium, quae tibi
sunt concredita. Ut mihi benedicas etiam rogo, dum
sacrum annulum efunder, et me Tibi profitear in Christo

Augustae Taurinorum die XXII
Novembrii anno 1899

Additissimum et humillimum servum
Sae. Michaelem Ruv